



Reuerendissimo in christo patri et dño dño Bertholdo sancte Haguntin. sedis Archiepiscopo Sacri Rhomani Imperij per germaniã Archicancellario ac principi electori dño suo gratiosissimo. Bernardus de Breydenbach dicte ecclesie Haguntin. decanus simul et camerarius obedientiam promptam et deuotam.

Reuerendissime in christo pater et dñe. dñe mi gratiose. Ex tue preter morẽ meum vsitatum scribere Reuerendissime paternitati audentius solito presumpsi. et rem haud tue dignã grauitati exhibere tentavi. id cause est q̃ tua mihi sepe numero experita probataq; fruor gratia bonitate et humanitate. qua preter supraq; ceteros cumulatus in presentiarũ viens. Reuerendissime pater id obnixius primũ omnium precor quatenus nõ certe moleste aut indigne. quod ipe encennũ loco tue duxi reuerendissime offerendũ paternitati/feras. finalq; pene tecũ iocari. tam et si id alienũ prozsus a tua maturiori cõditione certo sciam. feram et ego si non satis grauitè pro meo officio a te vel alio quopiam spectato viro. agere. fuero iudicatus. Tentatio si me apprehendit humana et impertinens curiositas. ignosces p̃ tua clementia. haudq; succensebis. Ceterũ multipharia humanorũ studia ingeniorũ neq; nouorũ cõdendorum existerẽ finem librorũ (si tamen id nouũ dici possit qd̃ alia q̃sp̃rius veste indutũ et nouo dumtaxat fuce siue colore superlitũ superq; videtur opertũ. eadẽ rei substantia manente sub alio et alio aduenticio modo essendũ) qui nõ videat sub oculis hac p̃sertim tẽpestate. qua nouitatũ opido increuerũt adinventiones. et vnusquisq; in suo sensu abundat. inueniri posse arbitror. neminẽ. quandoquidẽ eorũq; ventũ sit iam. pridem vt iuxta vulgatũ puerbium stibum dumtaxat mutauisse sit fecisse librũ. Taceã oportet de gramaticis. rhetoricis. dialecticis. musicis. geometricis. astronomicis. et philosophis. Diuus dudũ Hieronymus testatur quoniã qd̃ medicorũ est medici tractant fabrilia fabri. ita et de alijs parem in modũ. Sola scripturarũ ars est ipso eodẽ asserente et dictũ docente experientia. quã sibi passim vendicant omnes. quo fit qd̃ scribimus indocti doctiq; poemata passim. hanc garrula anus. hanc delirus senex. hanc sophista verbosus. hanc vnũuersũ p̃sumunt. lacerat. docentq; anteq; discant. At ego vt meã fallacem in alienã mittã messem absit p̃cul. earũ haud diues preciosarũ meritiũ. opumq; maiorum egenus et pauper. p̃sumperim minime aurea vel argentea vasa in donaria dñi offerre. sed que mihi sunt ficilia atq; cõmunibus apta vsibus. et si pudet. piget tñ mini me exhibere: magna magnis relinquẽs. qui acriori et excellentiori p̃diti ingenio. in optimarũ studijs disciplinarũ a puero et teneris (vt aiunt) vnguiculis enim suũ omne cõstruere vel diuinarũ instituti doctrinis rerum. vel ceterarũ artium eruditionib; imbuti. Hi q; quinq; talenta a dño tradita sint eis. alia quinq; merito superlucrant. Ego vero si duo minuta era in galophilatũ vidua cum paupercula misero. bene belleq; mecum actum existimauerim. neq; tñ ea Reuerendissime pater prius censui in ecclesiã offerenda q̃ tuis acutissimis p̃sentauerim oculis p̃uidenda. pb̃andaq;. tam et si talis tantiq; p̃ceptoris haud digna sint cõspectione. Mirabere fortassis quid velim. Opusculũ habeo quod duplã p̃sferet docetq; peregrinationẽ. altera quarũ vsq; Hierosolymã. altera inde ad inclitã virginẽ et martyre p̃ortigitur Katherinã. quas ipe ego vt tua nouit Reuerendissima paternitas. deo p̃picio et votis meis benignis annuente. anno perfecti superioris. zelo tamen bono et optimo fine. quo ceteris christicolis vel tali inseruire mea opera atq; labore eas ambas in cartã traduci decreui. modo prius inuiso. per scripturã videlicet et picturã. quatenus nõ modo intellectu res hec oblectaret verũ et aspectũ. traiberetq; vehementius affectum hominũ deuotorũ. Et quanq; ipm vile opusculũ non magnopere aut necessario veniat corrigendũ quasi piculo alicui esse possit. etias si tuas

doctissimas inciderit manus minime. tue tamen absq; Reuerendissime paternitatis ut  
tu et conuenientia. in publicū prodeat nolo. quo nō modo tibi detulisse sed et ipi opuscu  
lo videar cōsuluisse. Neq; enim adeousq; desipio vt nō intelligam hac ex deditione tue  
me celsitudinē nil vel gratiarū vel preconiōz. intulisse. Scio equidem et certus sum qd  
ipm potius opusculum dūm ex tua quasi officina egredi videbitur / auctoritatis et splē  
dorīs plurimū accipiet. atq; valoris. maxime qd incōpertum sit nemini. nil vnq; tuam  
venisse sublimā (que scōriam omnem eradit) quod nō rectissime euaserit atq; emendatiss  
imum. Que enī macula. que rubigo. que impuritas. tuos perspicacissimos oculos pre  
terfugere posset. Quid vero tua grauissima iudicatum vnq; fuit censura. aut equa lance  
examinatū. quod quūis etiam summōz hominam. arguere presumpserit. Hinc sequa  
tur necesse est. vt quod abste probatum fuerit id magnipendatur. Quod vero reiectum  
id nibili et floccihabeatur oporteat. Eam ob rem operam impendi qd sollicitā. vt ipm  
opusculum hac diligentia cōficeretur et lucubratione eoq; moderamine yteretur vt cō  
munia preteriret et nō nisi cursim ac summis (vt aiunt) labijs prius descripta perstrin  
geret. Que vero digna essent dictu scituq; ea latius euolueret et dilaceret copiosius. vt  
id in processu de mahumeto et alijs quibusdam grauib; assertionibus et disputatio  
nibus haudq; contemnendis orationibus fiet euidentis magis. Porro quoniam  
uagna beniuolentia maiori dilectione maxima vero gratia tua me Reuerendissima pa  
ternitas et serenissima dominatio semper et vbiq; pre ceteris ampliori profecuta est fa  
uore (quod nō tam ipse sensi sepissime qd omnes habent perspectum) quinenā et si tace  
rem lapides clamarent / haudq; silerent ipa tua in me plurima collata beneficia officia  
q;. Ea propter tue me prestantissimē et colendissime paternitati profiteor fore perpetuo  
obligatissimū. deditissimūq;. Et quanq; (qd doleo) nō opis mee grates referre condi  
gnas. neq; proorsus habeam quod retribuam domino meo obseruandissimo pro omni  
bus que retribuit mihi. tamen quo propensissimū animi mei in te affectum prodam vt  
cumq;. atq; paratissimā ostendam p̄placendi voluntatē. En et meipm totum et hoc exile  
circumimū. se quens videlicet opusculū. sterile et incomptum / tue dedo dedicoq; Reue  
rendissime paternitati / vtire et me et eo vt libet. Et si quādo licebit pre ocio id intueri di  
gneris. Sicq; fiet vt tua longe melius acceptius et clarius euadat p̄probatione. qd al  
terius cuiuspiam vel exacta discussione. qd pernotissimū cunctis iam factum sit et cele  
bri fama vulgatum. qd hisce in terris sicut potestate ita et virtute prestantior te sit nemo.  
Quis enim omnes preclaras animi corporisq; tui dotes et eximias gratias. paucis ex  
plicabit. que sedem sibi quasi p̄p̄iam in te vno omnū iudicio collocauere. Quis tuam  
vel cogitando vel dicendo singularem prudentiā. oculatissimā circumspectiōnē. ingenij  
acumen et facilitatem. grauitatē morum. debita suauitate peruenuitā. amorem equita  
tis et iusticie. clementie legibus haud incultam. animi cōstantiam et magnitudinē. ac re  
bus in gerendis industriam et sagacitatē. pauculo ementatur sermone. Quod et si quis  
vel ex imius orator tentare presumeret. eum nō modo succumbiturū sed et obfuscatio  
nis qd accessiōis siue elucidatiōis plus allaturum. haud iniuria crediderim. Ne er  
go multis mox et frustra qd coner. id sensio. id proclamo (non certe assentatoris vicio sed  
quo veritati testimonio sim morem qd ei geram) quicquid proorsus in auctissimo et do  
nis referto amplissimis inuenitur. id tu cumulatissime habes et possides totum / omnū  
felicissimus et fortunatissimus iure meritoq; reputandus. Eya vero qd probe qd apte qd  
iuste. tua preclara merita. tue responderunt sublimationi. qua in summū vsq; gradum  
cōscendisti et apicem. in insigni metropoli maguntinensi. En fides tua integerrima. ze  
lus ardentissimus. infatigabilis labor. casuum perperissio variorum. quibus pro ipsius  
alme ecclesie et inclite sedis maguntinensis incremento pridem semper decertasti. qd re  
cte. deo ipso volente et patrum omnū vnitissima cōcurrente electione. plebisq; acclama  
tione fauentissima. mercedis et premiij iusta retributione. te in precelsum hoc fastigium  
cōstitueret. Supremam ergo gloriosissimi Martini collocatus in arcem Archipresul  
faustissime diuo proorsus auspicio. eaz adauge semper et exorna. et quam tibi hactenus  
ebaram p̄moramq; habuisti. nūc fac operosius atq; accuratius vt cepisti magnifices.

amplifices. et illustres in dies. quatenus se te rectore te duce. te pastore iustis et optimis  
se gubernatam legibus letetur. gloriatur et gratuletur sibi in euum. tua quoque reuerendis  
suma paternitas presenti gaudeat felicitate. et eterna in celis iocunditate atque beatitudi-  
ne expleto certamine. cur suque bonis presuli consummato perfruatur. Amen.

Continetiam huius operis subiecta monstrabunt.

In primis prefatio premittitur ciuitatis Hierusalem ac sancte terre finitime. quon-  
dam promissionis appellate comendaticia. plures eius preclaras ostendendo preter et  
supra ceteras excellentias et precipuas prerogatiuas. vnde et ex ea veluti termino ad  
quem motus est profectio in eam eminentior coniungitur et dignior merito comprobatur.  
Fructus etiam sancte huius peregrinationis quosdam ipsa prefatio prosequitur. intentio  
nemque explicat auctoris et operis diuisione vt patet intuenti.

Deinde processus Hierosolymitane peregrinationis de loco ad locum ordinate et  
eramusum comuni et vulgata deducitur narratione. et tum litteris et scripturis. tum ima-  
ginibus et figuris. potiores ille ciuitates et loca quibus inter proficiscendum comunius  
applicatur terra marique. ad intellectum et sensum describuntur videlicet.

Primum omnium inclita ciuitas venetiaru tanque terminus a quo intrantibus mare.  
Deinde ciuitas parentina que a venetijs leucis comunibus siue miliaribus italicis di-  
stat centum.

Deinde vrbs Corfona que octingentis.

Deinde Rodona que mille et centum.

Deinde Joppen siue Japha que bis millenis. Ubi peregrini ad terram de mari egres-  
dientes. per Rama oppidum vsque Hierosolymam per. xl. leucas in asinis pergunt. Et ita  
a venetijs vsque Hierusalem sunt bis mille et quinquaginta milia italica et quadraginta. Cetera vero  
minores vrbes et insule omnes suis in locis proprijs duntaxat nominibus designan-  
tur. Ex vero insignis et potens ciuitas Ragusina quingentis distans a venetijs leucis  
suo loco non est hic effigiata. ad cuius portum etiam comuniter solet applicari. Id cause  
est quia nimio ventorum impetu et vi inde proiecti. ac celeriori cursu alio delati. illac ne  
quiuimus propinquare. quo accidit vt nostros subterfugerit oculos et obtutus.

Inter insulas vero plurimas quas pretergredi oportet inter nauigandum tres precipue  
ceteris preclarioribus hic habentur figurate et designate. videlicet Landia que a venetijs  
mille leucis italicis distat. Rhodum que mille quadringentis. et Ciprus que mille se-  
pingentis. Reliquae duntaxat numerantur et nominantur suis in locis. Porro loca  
sacra intra Hierosolymam. et que ciuitati de vicino adiacent de quibus crebrius in sacra  
fit pagina mentio. et in quibus queque memoratu digna patrata leguntur. specialibus ef-  
figiantur figuris cum notulis declaratorijs et remissionibus oportunis ad veteris vel  
noui testamenti passus.

In secunda parte prime huius partis principalis. determinato de locis. agitur ordi-  
ne congruo de incolarum siue indigenaru locorum eorundem. et preter tum sacrorum mo-  
ribus ritibus legibus et sectis. Et primum omnium de sarracenis quorum vt magis pa-  
teat error et damnatissima secta.

De eorum pseudo propheta et pestifero seductore Mahumeto. longa et propria texti-  
tur historia. tractans videlicet.

De eius ortu et natiuitate. De eius detestabili vita et conuersatione.

De eius prophane legis initio et promulgatione.

De eius infelici morte et indubia damnatione. Et tandem compendiosa quedam sed no-  
tabilis et matura annectitur mahumetice secte et perfidie improbatio. vbi multa haud  
cotentenda inferuntur dogmata. potissimum contra illam epicuream paradysum quam ipse  
mahumet suis predicauit sectatoribus et promisit. Inde agitur breuissime. de Iudeis.  
Brecis. Sirianis. Jacobitis. Nestorianis. Armenis. Scorgianis. Indianis. Maro-